RABIEI CANINAE

AD

CELSUM USQUE

HISTORIA CRITICA.

AUCTORE

D. IULIO ALBERTO HOFMANN.

LIPSIAE
SUMTIBUS ERNESTI KLEINII
1827.

PATRI

OPTIMO CARISSIMO

IOANNI SIGISMUNDO HOFMANN

REGI SAXONIAE IN COLLEGIO REGIMINIS SUPREMO REGISTRATORI

PIETAS FILII;

NEC NON

VIRO EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO, DOCTISSIMO

FAUTORI AC PATRONO

SUMME VENERANDO

D. IO. CHR. AUG. HEINROTH

ACAD. LIPS. MED. P. ORD. DES. THERAP. PSYCH. EXTR. NOSOC. DIVI GEORGII MEDICO, PLUR. SOC. DOCT. SODALI.

GRATISSIMUS DISCIPULI ANIMUS,

HASCE STUDII SUI PRIMITIAS

SANCTAS ESSE VOLUIT

A U C T O R.

Prooemium.

Erunt fortasse, qui mirentur et subrideant, quod a tirone medico morbum tractatum videant, in quo egregii et acutissimi auctores incerti haerent. Sed:

> *Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt, multum adhuc restat operis, multumque restabit, nec ulli nato mille saecula praecludetur occasio, aliquid adhuc adjiciendi.*
>
> Seneca Ep. 50.

Et his quidem sapientissimi viri verbis, quod tam difficilem monographiam, cuius prima pars hic prodit, adgressus sim tractandam, excusari cupio et satis excusatum esse arbitror.

Tractandi, quem secutus sum, modum, multis verbis hic excusare; nihil opus esse existimo, quum sive addatur excusatio, sive omittatur, suum quisque nihilominus secuturus sit judicium, nam:

— — — — neque Iuppiter ipse
sive pluat, sive non, unicuique placet.

---

§. 1.

Definitio.

De nullius morbi natura, nuperrime inprimis, magis disceptatum est, quam de natura rabiei caninae. Immensus est scriptorum de hoc morbo numerus, et unusquisque fere aliam dafinitionem nobis offert. — Sunt vero etiam omnia, quae de rabie canina scimus, tam confusa tamque obscura, ut vix et ne vix quidem ex his definitio realis aut adeo genetica formari possit. Neque enim certi hucusqne sumus de natura, neque de sede, neque de causis huius morbi. —

Quae quamquam verissima sunt, tamen cum de eodem argumento disputationis inauguralis argumentum repetere apud animum constituerim, huius tractationis initium a definitione exhibita ordiri convenit, ut recte ab aliis morbis discerni possit. Est nobis nimirum rabies canina *morbus specificus ex virulenta quadam materia in animalibus rabidis parata exoriens, qui cum certis symptomatibus plura stadia percurrit et cum*

morte semper finitur, si confirmatus est[1]), *in stadio autem prodromorum*[2]) *artis ope adhuc prohiberi interdum potest; quique post incertum tempus*[3]), *ab illo aliquo modo; praesertim morsu*[4]) *animalis rabidi, peracta infectione, hominem invadit.*

---

1) Quamquam enim hominum, qui a rabie canina; quam e morsu animalis rabidi contraxerant, curati fuerunt, exempla leguntur apud Valleriolam *Obs. med.* L. IV. Rudium *de morb. occult. c.* 13. *f.* 132. Rod. a Fonseca *consult. med.* 25. *f.* 90. Bonz *in Act. Nat. Cur. T.* IV. Franc *med. Polizei Th.* 4. *p.* 328. *sqq.*; — tamen illa in dubitationem vocata sunt hanc ob causam, quod morbus ille aut plane non fuerit vera rabies, aut saltem non confirmata, vel in ultimo stadio non constitutus, quo totus organismus in consensum rapitur, et localis morbus in universalem mutatur.

2) vel stadio invasionis, quod localem affectionem in ipso vulnere aut eius vicinia comprehendit. Haec localis affectio nuperrime ab Urbano (v. Hufeland *Iourn.* 1826, *Iul. p.* 1. *sqq.*) inprimis in vesiculas ponitur, quas, si vulnus a rabido cane inflictum esset, in eius circuitu apparere, contendit.

3) *cfr.* §. 7. *Not.* 126.

4) nam observatum est, per alias quoque vias, quam per vulnus, virus rabidum inficere posse. Ita hoc fieri posse per cutem, contenderunt medici veteres, Dioscorides, Galenus, Caelius Aurelianus, Matthiolus etc., id quod nonnulli recentiorum confirmarunt; v. Sauvages *diss. sur la rage p.* 14.

Bene quidem scimus; magis definitionem hanc esse morbi descriptivam quam realem, vix tamen alia exhiberi potest, cuius rei causas paulo ante memoravimus. Nostrum vero nunc est demonstrare, qua in re haec definitio ab aliis recedat. Confusio nimirum illa, quae in nostro morbo magis, quam in alio reperiri potest, maximam partem inde nobis profecta esse videtur, quod medici morbos, qui natura sua longe a canina rabie aberant, ob symptomatum nonnullorum similitudinem pro rabie canina habuerunt. Hoc autem modo naturam eius, de quo agimus, morbi magis magisque obscuratam esse arbitramur, quam revera est. Sic, ut hoc utamur, fere omnes scriptores hydrophobiam statuunt spontaneam, quae, etiamsi, ex morsu rabidorum animalium in homine haud quaquam, sed ex aliis causis exorta fuerit, tamen eundem decursum servet iisdemque symptomatis conspicua fiat[5]. Quod quam falsum sit, fusius exponere, ab hoc

v. Swieten *Comment. in Boerh. Aphor. T.* III. *p.* 549. *etc.* Maxima vero nostri aevi medicorum pars credunt cum Salio Diverso, Duchoiseul, Bosquillono, Leclerc etc., hoc fieri non posse, nisi epidermide laesa. — Deinde probare videntur multae observationes; per membranas etiam mucosas virus rabidi animalis in corpus penetrare posse, idque inficere *cfr.* Paulmier *de morb. contag.* Portal *obs. sur la rage etc. p.* 101. *etc.* His vero sese opponunt, Bosquillonus (*sur les causes de l'hy-*

loco alienum putamus. Hic sufficiat dixisse, nos talem hydrophobiam spontaneam nullo modo statuere, quippe qui rabiem caninam potius pro morbo specifico s. sui generis habeamus, qui ex virosa saliva animalium rabidorum [6]) in humanum corpus translatus sit, et ab aliis morbis, quos symptomata sic dicta hydrophobica comitantur, specifico differat charactere [7]).

Magna, ne dicamus maximam, opinionum varietas atque dissensio reperitur inter medicos de nostri morbi sede, et tamen ausi sunt eius definitionem ab hac sede repetere. Hoc vero neque fieri potest, neque debet, quia, quamquam altera

---

drophob. etc. in Mém. de la soc. d'émulat. T. V. p. 11.) VAUGHAN (*cases and observ. on the H. London* 1799) etc.

5) Infinitus fere est numerus eorum, et quidem inde ab Hippocrate (v. §. 4.) usque ad novissima tempora cfr. KRUEGELSTEIN *Gesch. der Hundsw. und Wasserscheu, Gotha* 1826. qui *p.* 251. sqq. nonnulla de hac re exempla collegit.

6) Quod quidem virus sui generis esse, cum et KRUEGELSTEINUS *l. c.* p. 336. negare nequeat, secum ipse pugnare videtur, cum alio loco *p.* 257. concedere videatur, hydrophobiam omnino spontaneam oriri posse.

7) cfr. BOUTEILLE in *Mém. de la soc. R. de Méd. ad* 1782 *et* 83. *T.* II. *p.* 134. et ROUGEMONT *Abhandl. v. d. Hundsw. p.* 100., qui quidem etiam hoc contendunt.

opinione altera probabilior est, tamen nil certi de hac re exstat. Et hoc vitium 8) in nostra definitione etiam fugimus, ut ne quid haec ipsa contineat, nisi quod tanquam certum demonstrari possit. —

§. 2.

Nomen morbi atque synonyma.

Iam inde ab antiquissimis temporibus medici in eo singulare posuerunt studium, ut singulos morbos aptis nominibus insignirent, quibus, quantum fieri possit, ipsa morbi natura significaretur. Quod quidem studium plus minus feliciter cessit. Cum enim alii in formandis morborum nominibus ad causas magis respicerent, alii ad symptomata maxime insignia etc. non raro idem morbus varia accepit nomina, quae synonyma dicuntur. — Idem valet de nostro morbo, qui maxima nominum copia est insignitus. Vocatur nimirum: *rabies canina*, *Hydrophobia*, *Hydromisos* et *Hydromison*, *Hygromisos* et *Hygromison*, *Hygrophthelygma* 9); *Cynolysson* 10);

8) quod etiam Kreysigio objici possit, qui (*Krankheit. d. Herzens* 2. *Th.* *p.* 153.) rabiem caninam esse cordis inflammationem, quacum hydrophobia, tanquam symptoma, saepe quidem, tamen non necessarie iuncta sit, putat.

9) Codronchus.

10) Cael. Aurelianus *acut. morb.* III. c. 9. *p.* 228.

Aërophobia, Pantòphobia et *Panophobia* [11]); *Phobodipson, Pheugydron* [12]); *Cynanthropia, Hydrapostraphe, Hygròphora, Hydrophacia, Morsus lymphaticus* [13]); *Dyscataposis* [14]); *Angina spasmodica* [15]); *Rabies daemoniaca* s. *maniaca* [16]); *Phrenitis latrans* [17]); *Hydrophobia contagiosa* [18]); *Nervenfieber des höchsten Grades* [19]); *Blutdurst, Fleischgier* [20]); *Bisskrampf* [21]); *Rage furieuse* [22]); *Tétanos rabien* [23]) etc.

---

11) Wenn nämlich das Vieh in der Nacht, ohne sichtbare Veranlassung sehr unruhig wurde, so schrieb man die Ursache dem Pan zu, woher denn die Ausdrücke: Δεῖμα πανικὸν, terror panicus, panisches (nicht spanisches) Schrecken. KRAUS *med. Lexikon p.* 387.

12) POLYBUS *cfr.* §. 4.

13) CODRONCHUS *de H. L.* l. c. 1. *p.* 28. CAEL. AUREL. l. c.

14) MEAD *op. med. T.* II. *p.* 233.

15) FOTHERGILL *Abhandl. üb. d. Nat. d. Krankh., die durch d. Biss d. tollen Hundes veranlasst wird.*

16) SAUVAGES *nosol. method. T.* II. *p.* 283.

17) DEMOCRITUS.

18) BROGIANI *de venen. p.* 102.

19) REICH.

20) ZIEGLER *neue Ansicht von d. Hundsw., d. Blutd. und d. Blute als Heilm. Regensb.* 1820.

21) BENEDICT *Ideen üb. d. Hundsw. Lpz.* 1808.

22) BOSQUILLON l. c.

23) GIRARD *essai sur le tétanos rabien* etc. 1809.

Maxima ex parte haec omnia inepta esse nomina non difficile est demonstratu. Nam nomini germanico: *Wasserscheu*, caeterisque aliarum linguarum idem exhibentibus [24]); iure opponi potest, non aquam solam esse, cuius metus aut fuga hic observetur, deinde: etiamsi aquae metus symptoma et quidem grave nostri morbi sit, tamen neque pro peculiari, neque pro essentiali haberi posse, cum interdum desit [25]), in aliis vero morbis etiam observatum sit [26]). — Idem valet de verbo: *hygrophobia*, nam non solum liquida, sed omnia splendentia timent, qui canis rabidi morsu correpti sunt. — Non minus inepta nobis videntur nomina esse: *phobodipson*, *pheugydron* etc. quae non nisi symptomata morbi comprehendunt, aeque ac *cynanthropia*, *dyscataposis*, *Angina spasmodica* etc. (quae verba fere idem exprimuut), cum caeterum haec ultima vocabula alios adhuc morbos denotent. — *Aërophobia* et *pantophobia* nullo modo apellari potest noster morbus, quia rarissime tantummodo aëris, vel omnium rerum metus tanquam accidentale rabiei caninae symptoma invenitur. —

---

24) sc. *latin.* aquae fuga, *graec.* ὑδροφοβία *suec.* vattenskräk etc.

25) Zwinger *theatrum vitae humanae p.* 373. 374. Mead l. c. Mignot *l'hist. de la soc. d'émulat. an.* 1783. II. *p.* 48.

26) cfr. Kruegelstein *l. c. p.* 287.

Quae quidem nomina cum ob eorum ineptitudinem reiicienda sint, morbo autem nomen dari debeat, elegimus, *rabiei caninae*, *Hundswuth*, *κυνολύσσον*, quod aptissimum esse contendimus. Nam, cum iam antea dictum sit, fieri non posse, quin statim ex nomine natura morbi nostri satis eluceat, nostram operam in eo continere debebimus, ut nostrum morbum ita nominemus, ut statim ab aliis distingui possit, nec unum tantummodo symptoma, sed, quantum hoc fieri potest, omnia nomine electo contineatur. — Nomen vero: *rabies canina*, quod et cum nostra definitione maxime congruit, significat non solum dysphagiam, aquae metum, sitim etc. sed haec omnia complectitur, denotatque simul modum, quo hic morbus hominem invadit. Quae quidem omnia electae denominationis aptitudinem satis probare videntur.

Opponi quidem potest, non modo a canibus, sed ab aliis etiam animalibus rabidis demorsos eo, de quo agimus, morbo affici [27]). Et quanquam hoc negari nequit, tamen longe frequentius accidit, ut ex canum, quam ex aliorum animalium

---

27) et quidem equi, lupi, cameli, porci, bovis, vulpi, ursi, simiae atque galli gallinacei. cfr. ARISTOTELES *hist. anim. c.* 22. *et* 24. CAEL. AUREL. l. c. FERNELIUS *de abdit. rer. causis L.* II. *c.* 14. BACCIUS *de rabidi canis morsu. App. ad pralegom. de venen. Romae* 1586. KRUEGELSTEIN *l. c. p.* 64.

morsu rabies canina oriatur [28]. — Alterum, quod fortasse nonnulli contra denominationem morbi nostram monebunt, in eo cernitur, quod canum rabies aliorumque animalium diversa sit ab ea hominum. Hoc vero concedi nequit. Nam rabies canina eadem habet symptomata, eadem percurrit stadia, et idem semper, nec unquam diversus nobis apparet morbus, nisi pro diversa individuorum, quae invadit, constitutione [29]. Haec autem cum haud omni ex parte eadem sit in omnibus hominibus, quae in canibus caeterisque animalibus rabiei subiectis, debet omnino morbus in his paululum aliter se habere, quam in illis. Sed si naturam morbi ipsam spectaverimus, hanc in omnibus prorsus eandem inveniemus. —

---

28) Sunt autem alii, qui contendant, solo morsu rabidi canis rabiem exoriri, et observationibus, quae probent, hoc etiam ex morsu aliorum animalium fieri, non multum confidendum esse. cfr. Galenus *L.* VI. *de loc. affectis c.* 5. Bravus *de H. L.* I. *c.* I. Trolliet *nouveau traité de la rage, observ. cliniq., recherch.* etc. *Par.* 1825. et *Edingb. med. and surg. Iourn. Iun.* 1826. *p.* 159. — Revera valde dubitari potest, an, praeter canem, aliud quoque animal primarie rabidum fieri possit. —

29) Kruegelstein *l. c.*

Historia.

§. 3.

Sunt duo momenta, quae medicae artis historiae materiam quasi formant, experientia atque theoria. Experiri autem aliquid ante debuerunt homines, quam theorias excogitare atque constituere poterant. Quo fit, ut initium historiae singuli morbi, fere semper ex singulis tantummodo observationibus ducatur, quae de hoc referuntur. Et ita sese quoque cum rabie canina habere, *Celsus* [30]) testatur. Magis magisque vero adauctis temporis decursu observationibus, crescit etiam theorematum numerus, et hanc ob causam iam apud *Dioscoridem* reperimus theoriam de nostro morbo magis amplificatam [31]).

Quamvis vero magna sit theorematum atque experimentorum de nostro morbo, ab antiquissimis inde temporibus factorum copia, tamen ea dissipare non potuit illas profundas tenebras, quibus hucusque nostri morbi non solum natura, sed etiam sedes, ne dicamus causas, involvuntur.

In cuius quidem rei causas si inquisiverimus res ipsa fortasse magis illustrari et explanari poterit. —

---

30) cfr. §. 6.

31) v. Dioscorides *Mat. med. L.* VII. *c.* 2.

Ad hunc finem persequendum iam supra contendimus, cum hydrophobiam spontaneam negandam esse adsereremus [32]).

Alia datur causa, cur medici adhuc vetustioribus observationibus plus aequo sint confisi. — Scilicet isti fere ad medium usque praeterlapsum saeculum cum tanta credulitate, timore, praeiudicata opinione atque superstitione in nostro morbo observando versati sunt, ut vix credere possimus, rabiem caninam hoc tempore apta ratione semper observatam esse. — Si vero res ita se habet, maximae adhibendae sunt cautiones in diiudicandis iis, quae de nostro morbo exstant, observationibus. Quod tamen non ita semper factum esse, et seriores probant scriptores, qui in recipiendis veterum opinionibus nimis credulos sese praebuerunt [33]), unde multum damni ema-

---

32) cfr. §. 1.

33) Catulos in hydrophoborum urinis apparere ac conspici, Arabes medici contenderunt et nonnulli alii, qui scilicet horum commoti sunt auctoritatibus, idem affirmant. Sic Avicenna *Cap. L.* IV. *Fen.* 6. tract. 4. c. 7. Abenzoar *Theisir. tract.* 9. c. 16. Nicolaus Florentinus *Serm.* IV. *tract.* 4. c. 15. Quanta credulitas requiritur, ut hoc credamus et tamen creditum est. Negarunt autem hoc paradoxon tanquam fabulam, Poetis magis, quam medicis dignam; Salius diversus *de part. morb.* Meibomius *disp. de H.* 1659 etc. Hoc unum tan-

nare debuit. Nam, quae alii falso contenderunt, ab aliis recepta sunt, novis vero auctis et commixtis, quae illis prioribus contradixerunt, et ita quidem ex nullis fere observationibus aliquid certi concludi potest, cum semper aliae iis adversentur. Cuius rei, ut unum addamus exemplum, quantum disceptatum est de salivae contagiosa vi, quantum et hucusque de hac re disceptatur. Alii eam adseruerunt [34]), alii negarunt [35]), et utraque pars suam opinionem vetustioribus observationibus probare studuit, nec ullus fere eorum omnium unquam quaesivit, quam fidem hisce observationibus tribuere possimus. Huc accedit, quod scriptores adeo non semper ad fontes ipsos, unde observatio fluxit, regressi sunt, sed omnia bona fide crediderunt, quae quamquam apud priores literis consignata esse confidenter adfirmabantur, tamen in illis ne verbo quidem leguntur [36]).

Haec omnia, historiae nostri morbi critico-

---

tummodo huius rei exemplum est, sed longe plura exstant.

34) Fere omnes priores medici: Galenus, Bravus, Sennertus, Paraeus, Palmarius, Fabricius, a patria dictus Hildanus, Boerhaave, v. Swieten, imo nuperrime Magendius et Breschetus.

35) Gauthier, Vaughan, Paroisse, Bezard.

36) Hoc valet de illis, qui Aureliano omnia crediderunt, quae scripsit.

pragmaticae auxilio, vitari possunt, qua omnino magna ex parte disputatio de nostro morbo componi et dirimi, ea ipsa vero magis illustrari potest. — Mirum profecto est, nullum scriptorum hucusque historiae illius componendae et perficiendae fecisse periculum [37]), neque fore quemquam spero, qui nos ideo recte possit in vituperationem vocare, quod magnam studii nostri partem et operam huic adumbrationi impenderimus.

Hanc autem sequuti sumus tractandi argumenti viam ac rationem: in fontes ipsos inquirere primum studuimus; deinde non, nisi post maximas adhibitas cautiones iis, quae a scriptoribus traduntur ac referuntur, fidem habuimus. Quilibet igitur scriptor, cui confidere merito possumus, ipse medicus, certe rei medicae haud parum gnarus esse, neque nobis unquam ansam praebere debet, eius in aliis etiam rebus veritatis amorem in dubium vocandi. — Tali enim credimus. Quodsi vero res aliter comparata fuerit, sique systemati cuidam, sive proprio, sive alieno addictus et quasi mancipatus adhaereat, tunc cavebimus nobis, ne observationibus, ab ipso

37) quod imo de St. Martino valet, qui (*monographie sur la rage* etc. *Par.* 1824 germ. *Monagraphie d. Hundsw. v. St. Martin übers. v. Fitzler. Ilmenau* 1824. *p.* 13—18.) quidem rabiei caninae historiam ab Aristotele inprimis ad nostra usque tempora tanta cum diligentia non tractavit, quanta flagitari possit.

relatis, nixi aliquid probatum eamus, aut, ubi hoc aliter fieri nequeat, tutius erit, prius omnia, quae ad eius systema referri et possint et debeant, subtrahere. — In sententiis porro aliorum exponendis ab interpretationibus nostra sponte et auctoritate additis maxime cavendum nobis erit, ne propriam atque praeiudicatam opinionem scriptori subiiciamus.

His praemissis, ut, quae sequuntur, recte iudicare possint, ad rem ipsam nos convertimus, et nostram historiam, ut facilius perspici possit, in plures, et quidem quatuor sectiones distinguimus.

Prima sectio continebit antiquissimam historiam, a primis, quae reperiuntur, vestigiis nostri morbi, ad *Celsum* usque, qui, quod ad rabiem caninam attinet, primus quidem est, cuius opera nobis adhuc exstant. In hac sectione nostrum inprimis erit, illam de morbi nostri antiquitate controversiam exponere et quantum per nos fieri potest, componere.

Secunda sectio enarrabit, quae de rabie canina a Celso usque *ad Hieronymum Fracastorium* observata sunt atque excogitata.

Tertia sectio docebit, quae facta sunt in nostri morbi causa ad medium usque saeculum praeterlapsum.

Quarta denique tradet, quae usque ad novissima tempora ad rem nostram facientia a viris doctis sunt dicta et facta; quippe cuius sectionis

argumentum ad hunc morbum pertinens neque saepius, neque uberius, neque melius ullum est tractatum. *Nugentus*, *Vaughan*, *Hunterus*, *Hamiltonus*, *Mease* etc. fere inter primos fuerunt, qui meliores de rabiei caninae theoria et praxi notiones nos docerent.

Sectio I.

§. 4.

Rabiem caninam Aegyptiis iam cognitam fuisse refert nobis *Horapollo* [38]). Hos enim, narrat scivisse, morbos gravissimos ex canis rabiosi sectione oriri. — Quum vero praeter hunc nullus auctor reperiatur, qui idem affirmet, illud eo magis in dubitationem vocari potest; quo certius constat, et nunc illas terras liberas a nostro morbo inveniri [39]). —

Homerum nonnulli putant de rabiei caninae iam aliquam habuisse notionem, eiusque opinionis probandae causa adferunt varia loca. Com-

38) Horapollo *L.* I. *c.* 39. *εἴτε θάνατος, εἴτε μανία αὐτῷ* (i. e. *κυνὶ*) *περιπέσοι, ἀπὸ τοῦ σπληνὸς γίνεται.* — *ὀσφραινόμενοι γὰρ τῆς τοῦ ἀνατεμνομένου κυνὸς ἀποφορᾶς, πάσχουσιν ὑπὸ τούτου*, sc. ii, qui funus talis canis curant. v. in Sprengeli *Gesch. d. Med.* Bd. 1. p. 93. cfr. St. Martin *l. c. p.* 21. 1.

39) M. Larrey *mém. de chir. et milit. T.* II. *p.* 226. et Larrey *relation de l'expedit. en Egypte Sect.* IX. Brown *Reisen in Africa, Aegypten u. s. w. p.* 464.

parat enim Hectorem cum cane rabido: Ilias L. VIII v. 297. 98. 99. [40]), Il. L. IX, v. 237. 38. 39. [41]), Il. L. XIII v. 52. 53. 54. [42]). —

Ex quibus quidem locis cum concludatur, nostrum morbum iam Homero cognitum fuisse, omnino quaeri potest, quonam iure? — et responderi debet: ne minimo quidem. Nam multo serius, quam Homerus vixit, vocis *λύσσα*, *λύττα*, *rabies* usus invaluit, cum de rabie canina, tanquam morbo loqui vellent; primarie enim ac proprie nihil aliud significare videtur hoc verbum, quam *iram*, *furorem*, et cum iratis canibus comparat Homerus homines (quod hodie interdum quoque fit), minime vero cum rabiosis [43]). —

---

40) οκτὼ δὴ προέηκα τάνυγλώχινας ὀϊστοὺς
'παντες δ'έν χροΐ πηχθεν Αρηϊθόων αἰζηῶν·
τοῦτον δ'οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα.

41) — — — Ἕκτωρ δὲ μέγα σθένεϊ βλεμεαίνων
μαίνεται ἐκπάγλωσ, πίσυνος Διΐ, οὐδὲ τε τίει
ἀνέρας οὐδὲ θεούς κρατερὴ δὲ ἑ λύσσα δέδυκεν.

42) τη δε δη αινοτατρν περιδειδια, μητι παθωμεν,
ἧ ῥ'όγ ὁ λυσσώδης Φλογὶ εἴκελος ἡγεμονεύει,
Ἕκτωρ, ὅς Διὸς εὔχετ' ἐρισθενέος παῖς εἶναι.

43) Damm in *Lexico homerico* dicit *p.* 1284 seq. sub κύων] quod nomen tamen antiquis non tam erat odiosum aut ignominiosum, ut nobis est hodie. Hinc ubi Davides suam impotentiam extremam vult exprimere, se vocat: canem mortuum. *Sam. L.* I. c. 24. *v.* 25. — est ergo merum nomen metaphoricum in talibus citra ullam ignominiam, hinc et

Eodem metaphorico sensu et alii multi scriptores illo vocabuli usi sint [44]. —

Quae si vera sunt, uti sunt verissima, fere ridiculi aliquid habet cum *Caelio Aureliano* [45] contendere, *Homeri fabulam* de Tantalo [46], et *Menandrum*, cum istius passionis imaginem vinolentis adscriberet, qui, ubi vinum usque ad vexationem potaverint, bibere non possint [47]; antiquissimam nostri morbi aetatem probare [48].

---

comparationes aliae, nequaquam inhonestae ex cane sumuntur *v. Il.* VIII 299. — imo meram esse comparationis appellationem, non vero ignominiae causa prolatam, manifesto apparet ex VIII 423, ubi Iris alloquitur Minervam αἰνοτάτη, κυον ἀδδεές. — p. 1437. λυσσητὴρ] quod non contumeliose dicitur, sed ex parabola solita. cfr. etiam Koeppen *erkläronde Anmerk. der Il. ad h. l.*

44) Ita verbum rabies nullo modo rabiem caninam significare potest in *Virg. Aen.* ubi 801 et 802 loquitur: — — — — — *saepe furores compressi, et rabiem tantam coelique, marisque.* — aeque ac in Hor. *Ep.* 2. 1. 149: *vertitur iocus in rabiem.* —

45) *L. c. c. c.*

46) ubi dicitur siti tortus esse et etiamsi flumen ante os praeterfluxerit, tamen bibere non potuisse. —

47) cfr. Cael. Aurel. *l. c.* Qua fabula hoc a Menandro dictum fuerit, ab editoribus fragmentorum eius nondum erutum est.

48) De qua re et Heckerus dubitare videtur, (*cfr. üb. d. früheste Vorkommen der H. beim Menschen in Gräfe Iourn. d. Chir. 2. Bd. 2. H. p.* 325. *seq.*)

Quod ad *Hippocratem* attinet, et hunc quoque pluribus locis scripsisse credunt de hydrobia, quae liceat hoc loco omnia adducere, ut Lectores uno velut obtutu ipsi diiudicare possint, quamnam probandae istius sententiae vim habeant. — Statuit autem summus Hippocrates; — phreniticos paucibibulos esse, strepitum valde percipere, tremulos fieri [49]); — ex strangulatis

etsi Cael. Aureliani testimonio comprobare studuit; Homerum rabiei caninae iam notionem habuisse, cum *p.* 337, dicit: „Diese Beweisgründe muss man freilich der Geschmacklosigkeit des sonst gelehrten Schriftstellers zu Gute halten, der, wie viele andere, an der sonderbaren Grille litt, den Anfang alles Wissens aus dem Homer herleiten zu wollen." — Longe rectius Combes-Brassard (*cfr. quelques conques consider. sur l'antiq. de l'hydroph. chez l'homme in Iourn. complémentaire du Dict. des scienc. med. Par.* 1819 *T.* v. *p.* 179. *seq.*) hac de re statuit: Rien n'altère d'une opinion, comme la faiblesse des preuves sur lesquelles elle repose. Croiroit-on, par exemple, que Cael. Aurel. va supposer à Homère le dessein de faire allusion à l'hydrophobie par le supplice de Tantale? Et a quelles maladies se rapporteraient donc les tortures d'Ixion, le travail des Danaïdes, et tant d'autres fictions de ce sublime poète? Tout le monde peut apprecier le mérite de pareilles interpretations.

49) Hippocrat. *Praedict.* I. *aph.* 16. (*to.* I. *p.* 159 *ed. Lips.*) οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες. Et hic quidem est locus, quo Cael. Aurel. *l. c. c.* 15 utitur, ut hydrophobiae antiquitatem demonstraret.

atque dissolutis nec mortuis, eos minime ad vitam redire, quibus spuma circa os collecta fuerit [50]; — sin febre vexato collum repente perversum fuerit, et deglutiendi difficultas sine ullo tumore inciderit, letale esse [51]); — tenebricosa vertigine laborantem et *lucem* aversantem et somno et ardore multo detentum, desperatum esse; — paulatim *rabie* agitari incipientem et non agnoscentem, neque audientem, neque intelligentem, exitio proximum esse [52]); — anginas, in quibus neque in collo, nepue in faucibus quicquam appareat, sed quae vehementem suffocationem ac spirandi difficultatem adferant, eodem aut tertio die necare [53]); — anginas gravissimas esse, et citissime occidere, quae neque in faucibus quicquam conspicuum faciant, neque in cervice; hanc enim eodem die et secundo, tertio et quarto strangulare [54]); — in febribus derepente suffocari et deglutire non posse citra tumorem,

---

50) *Aphor. L.* II. 43. (*to.* III. *p.* 718.)

51) *ibid. L.* IV. *c.* 34. (*to* III. *p.* 731.)

52) *ibid. L.* VIII. 16. *καὶ λυσσάων ἀτρέμα, καὶ ἀγνοέων καὶ μηδὲ ἀκούων, μηδὲ ξυνιείς, θανατωδης.* Hic unicus locus Hippocratis est, in quo verbum *λυσσάω* occurrit. Cum autem haec tota sectio Galeni tempore tanquam notha agnosceretur, ex hoc loco sententia, de qua h. l. agitur, probari nequit. cfr. Kruegelstein *l. c. p.* 233.

53) *Coac. praenot.* I. p. 190. *ed. Lips.*

54) *Prognost.* XXIII. (*to.* I. *p.* 114. *ed. Lips.*)

malum; neque collum convertere posse, neque deglutire, ut plurimum letale esse [55]). —

Et ex his locis quidem, inprimis ex illo verbo *βραχυπόται* elucere debere aiunt, hydrophobiam ad morbos referendam esse antiquissimos, quippe cuius notionem iam Hippocrates habuerit· — Huic vero opinioni obstat, Hippocratem verbo *βραχυπόται* tantummodo de phreniticis uti [52]), tanquam huius morbi symptomate; — dein phreniticos aquam non timere, neque ab eo abhorrere, (quod Caelius Aurelianus [57]) ex Hippocratis verbis falso collegit) sed solummodo eam sumere vel deglutire non posse; — praeterea licet divinus Cous maxima cum diligentia semper studuerit in morborum causas inquirere eosque curiose annotare, tamen nullibi canis rabiosi morsus mentionem fecisse [58]).

---

55) *Coac. praenot. p.* 276. *ed. Lips.*

56) Monuit me praeterea *ill.* Kuehnius, vir non solum rerum medicarum, sed etiam antiquarum linguarum experientissimus, ne constare quidem de huius lectionis veritate: nam Galenum iam in suo in *Hippocr. Prorrhet. commentario* (*T.* v. *p.* 176. *ed. Bas.*) testari, esse nonnullos, qui pro βραχυπόται legere βραχυτόπαι, (sic enim pro vulg. legendum est) de qua lectionis diversitate v. Foesius *in Oecon. Hipp. p.* 117 b. —

57) *L. c.*

58) nec huc trahi potest locus e libro de intern. affect. *T.* II. *p.* 483. *ed. Lips.* desumtus, ubi, quamquam de homine more canis latrante agitur, tamen

Ex his igitur nihil aliud iure colligi potest, quam et Hippocratis tempore hydrophobiam tanquam symptoma comitatam esse alios morbos, ut nunc quoque interdum fit e. g. phrenitin [59]), laesiones cerebri [60]) et febres typhosas [61]), minime autem Hippocratem rabiem caninam tanquam morbum specificum cognovisse [62]. —

---

neutiquam de hydrophobia, sed de vehementiore hepatitide, ob febris vehementiam, cum deliriis vehementibus coniuncta, sermo est.

59) THEDEN in *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* IV. *p.* 110. THEDEN *neue Bemerkungen und Erfahrungen* 2 *Th. p.* 182.

60) TRECOURT v. *Réc. périod. Vol.* 60. CULLEN *Anfangsgr. d. praet. Arzneik.* 3 *Th. p.* 608. GRELZ et IUNKER *in Act. Nat. Cur. Vol.* II. *obs.* 205. *Iourn. de Méd. Chir. etc. T.* XIV. 1761.

61) SALMUTH *obs, med. cent.* II. *obs.* 52. PT. BORELLUS *hist. et observ. cent.* III. *obs.* 38. SCHENK a GRAFFENBERG *de venen. anim. L.* VII. SALIUS DIVERSUS *de febre pestil. c.* 19. *p.* 362. LENTIN *obs. med. Fasc.* I. *p.* 57. SELIG autem (*Altenb. med. Ann.* 1811) refert de febre nervoso-catarrhali, quae velut epidemia in montibus Saxoniae metalliferis annis 1802 et 1803 regnavit, quaeque delirio continuo, insomnia, convulsionibus et exanthemate miliari concomitata fuit, quibus cum nono die accedente hydrophobia, aegrotus mortuus est.

62) In qua quidem sententia defendenda a nostris partibus state video KRUEGELSTEINUM *l. c. p.* 232 — 234. atque COMBES-BRASSARDUM *l. c. p.* 180. et 181.,

De *Polybo*, qui Hippocrates nepos atque discipulus fuisse, atque hydrophobiam tractasse fertur, unus tantum exstat locus in Caelio Aureliano [63]), qui nostram passionem ab illo memoratam esse narrat, cum aquifugas, quos pheugydros appellaverit, cito interire adsereret. Cui quidem loco maius omnino momentum tribui poterat, modo extra omnem dubitationem poni posset, Polybum hunc vere libri illius, unde Caelius illum locum petiit, auctorem exstitisse, nec longe seriorem scriptorem Polybi nomine abusum fuisse, ut suo ingenii foetui aliquam auctoritatem conciliaret [64]).

Idem valet de *Democrito* Abderita, utpote quem Hippocratis coaevum fuisse dicunt. De hoc inquit Caelius Aurelianus [65]): *Democritus vero iubet origani decoctionem dari, atque ipsum poculum, quo bibunt in sphaerae rotundi-*

---

quin Hedkerus ipse *l. c. p.* 353. et 336. concedere debet, apud Hippocratem nullibi mentionem fieri nostri morbi, quanquam v. Swieten (cfr. *comment. in Boerh. Aph. T.* III. *p.* 536.) credit: „*forte minus frequentem fuisse hydrophobiam illo loco, ubi Hippocrates vixit.*" — Sed omnio defuisse debet, nam si exstitisset, quamquam rarissime, Hippocrates tamen haud dubie de hac re scripsisset, cum et alios morbos, aeque rarissimos, minime omiserit.

63) Cael. Aurel. *l. c. p.* 218.

64) Combes-Brassard *l. c. p.* 182.

65) *L. l. p.* 232.

tatem formari [66]); et in verbis proxime sequentibus ait, *hydrophobiam esse incendium nervorum.* — Sed etiamsi illud urgere nolimus, sub Democriti nomine multa scripta evulgata esse, quorum auctor Democritus, Hippocratis coaevus, neutiquam fuit [67]), tamen hic quoque hydrophobia tantummodo tanquam symptoma tetani vel opisthotoni describitur [68]), quod symptoma etiam non raro nostris temporibus cum tetano iunctum reperiri potest [69]).

Alius locus, quo nostri morbi antiquitatem comprobari posse, nonnulli opinati sunt, ex *Euripide* repetitus est. Pentheus scilicet, Thebarum rex admonetur, ut Dionysum (Bacchum) divinis honoribus colat, ne ei idem accidat cum Actaeone, egregio venenatore, a canibus nihilo

---

66) Origanum etiam laudatur cum vino erga serpentium morsum v. Dioscor. *L.* III. *c.* 28.

67) cfr. Sprengel *Gesch. d. Arzneik.* 2 *Bd. p.* 9. *not.* 14. Hecker *Gesch. der Med.* 1822 *p.* 98. Combes Brassard *l. c. p.* 180.

68) Kruegelstein *l. c. p.* 234.

69) Adeo saepe quidem fit, ut hydrophobica symptomata cum tetano iuncta sint, ut multi ex hac re contendere posse crediderint: hydrophobiam cum tetano identicum esse morbum, et fere eandem curam postulare. cfr. Walther *über d. Heilkr. des Quecks. bei Starrkrampf und toll. Hundsb. in Abhandl. d. Chir. und Augenheilk.* 1 *Bd. p.* 166. *seq.*

tamen minus dilacerato [70]) — Unde fuerunt, qui contenderent, *Actaeonem* hydrophobia mortuum esse, de qua Euripidem perbene scribere potuisse putant [71]), quod, teste *Diogene Laërtio*, ipse a rabie fuerit correptus [72]).

Quam quidem opinionem alii, testimonio *Diodori Siculi* nixi, tanquam falsam rejiciunt. Is enim solummodo Actaeonem, cui, utpote egregio venenatori Diana faverit, eius tamen iras excitasse narrat, quum suam venandi peritiam maiorem, quam quae in Dea esset, gloriaretur, ideoque a canibus dilaceratum esse [73]). — Quae

---

70) Euripides *Bacch.* v. 337 — 340.

ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον,
ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες, ἃς ἐθρέψατο,
διεσπάσαντο, κρείσσον' ἐν κυνηγίαις.

71) Andry *recherch. sur la rage.* Sprengel *l. c.* 2. *Bd. p.* 8. et 9. Cael. Aurel. *l. c. L.* III. *c.* 8.

72) Diogenes Laërtius *in vita Platon. L.* III. Hic vero nil refert, nisi Euripidem Platonem ad Aegyptios concomitatum, ibique morbo affectum esse, quo liberatus fuerit, per balnea maris, (θαλάττης θεραπείᾳ) ob quam rem de his balneis dicitur:

Θάλασσα κλύζει πάντ' ἀνθρώπου κακά. —

Nullo autem modo hic de hydrophobia sermo est et falso explicita snnt idcirco Diogenis Laërtii verba, si ex illis, Euripidem hydrophobia mortuum esse, concluditur.

73) Diodorus Siculus *bibl. hist. L.* IV. *c.* 81. διὰ δ, ὅτι τῆς Ἀρτέμιδος αὐτὸν πρωτεύειν ταῖς κυνηγεσίαις ἀπεφήνατο.

cum ita sint, nobis Diodorus Siculus Euripidis locum illustrare, neutiquam vero, hydrophobiam antiquissimis iam temporibus notam fuisse, probare videtur.

Etenim fieri omnino potest, ut canes in venationis ardore dominum suum non amplius agnoscant eumque laedant; quam ob rem hi canes, qui Actaeonem dilaceraverunt, omnino irati fuisse, minime vero rabiosi dici possunt, quod etiam ex Ovidii huius rei relatione satis patet [74].

§. 5.

Cum igitur satis probasse nobis videamur, ad haec usque tempora nullum in scriptoribus antiquis occurrere locum, qui extra omnem dubitationis aleam ponat, hydrophobiae morbum iam tum fuisse cognitum, nunc liceat ad eos scriptores progredi, qui omnino de rabie tanquam de canum morbo peculiari notionem habuere.

Inter hos scriptores primus prodeat *Xenophon*, quem e loco infra allato luculenter patet, nostrum morbum novisse [75]. —

Xenophontem excipiat *Aristoteles*, qui iam disertis verbis rabiem cognitam habebat tanquam canibus proprium morbum. Dicit enim: canes

---

74) Ovidii *Metam.* *L.* III. *v.* 206 — 252.

75) Xenophon *Anabasis* *L.* V. *c.* 7. 26. ἠδίκουν μὲν οὐδὲν, ἔδεισαν δὲ μὴ λύσσα τίς ὥςπερ κυσὶν ἡμῖν ἐμπεπτώκοι. cfr. Sturz *Lexic. Xenoph.* *T.* III. *p.* 62.

tribus laborare morbis, rabie, angina, podagra. Ex his rabiem furorem infert, et, cum momorderit, morsu vulnerata omnia in rabiem coniiciuntur *excepto homine.* — — Intereunt canes hoc morbo, et quae morsa sunt, *excepto homine* [76]).

Ecquis dubitaverit Aristotelis testimonium? — Et prima saltem huius loci pars multo minus in dubitationem vocatur, quam altera, quae quotidianae nostrae observationi profecto repugnat. Quam ob rem varia excogitata sunt a viris eruditis, ut hanc repugnantiam tollerent et Aristoteles auctoritatem cum quotidiana experientia conciliarent.

Et *Iulius Pollux* quidem Aristoteles sententiam ita accipiendam censet: omne, quod a cane rabioso morsum est, moritur, excepto homine, qui tamen non sine omni periculo superstes manet [77]).

Nicolaus Leonicenus vero in ea versatur sententia, ut contextum depravatum et loco vocis

---

76) Aristoteles *hist. anim. L.* VIII. *c.* 22. δι δὲ κύνες κάμνουσι, νοσήμασι τρῖσιν· ὀνομάζεται δὲ ταῦτα, λύσσα, κυνάγχη, ποδάγρα. τούτων ἡ λύσσα ἐμποιεῖ μανίαν, καὶ ὅταν δακη; λυττῶσιν ἅπαντα τὰ δηχθέντα, πλὴν ἀνθρώτου. — — ἀναίρεῖ δὲ νόσημα τοῦτο τάς τε κύνας, καὶ ὅτι ἂν δήχθῃ ὑπὸ λυττώσης, πλὴν ἀνθρώπου. —

77) v. eius *Onomasticon. Edit. Hemsterhuis. T.* I. *L.* v. c. 8. *sect.* 53.

πλὴν, legendum esse credat πρὶν, hoc sensu, hominem a rabido animale commorsum quoque rabie affici atque mori, sed serius caeteris animalibus [78]. —

Augustinus Niphus contendit, Aristotelis sententiam fuisse: homines aptis remediis curari, animalia vero nullo remedio sanari posse [79]. —

Alii loco πλὴν ἀνδρώπου legi malunt πλὴν χηνὸς, *excepto ansere*, quod experientia edocti credebant, in anseres animalis rabidi virus nullam vim exserere [80]. —

Hieronymus Fracastorius, quem *Mercurialis* l. c. laudavit, putabat, Aristotelem dicere voluisse: caetera animalia ob feritatis consortium, quod illis cum cane sit, in rabiem incidere, hominem vero ob temperaturae, ab illis multum discrepantis, excellentiam minime illi aegritudini subiici [81].

---

78) Mercurialis *variar. lect. L.* I. *c.* 2. Leoniceni quidem sententiae accedit etiam Cael. Rhodiginus *antiq. morb.* l. XVII. *c.* 28. contra ea ut falsa vituperatur a Scaligero ad Euseb. *thes. temp. p.* 520. idque summo cum iure, cum Leoniceni coniectura vel grammatices legibus contraria sit. (cfr. Camus *hist. des anim. d'Aristot. Par.* 1783. *T.* I. *p.* 514. et *T.* II. *variantes du Livre* VIII. *p.* 738.)

79) Camus *l. c.*

80) Mercurialis *l. c.*

81) Hieron. Fracastorius *de contagione L.* II. *c.* 11.

Quibus diversis sententiis diligenter expositis *Hier. Mercurialis* suam expromsit, quae huc redit, ut, cum in vetustissimo codice manuscripto verba: *καὶ ὅτι ἂν δήχθῃ ὑπὸ λυττώσης, πλὴν ἀνθρώπου* deesse, et hanc lectionem quoque a vetere latino interprete, quem in Bibliotheca Pinelliana vidit, expressam fuisse vidisset, putaret, „facile contingere potuisse, ut iam antiquis temporibus ea verba, quae litigandi occasionem dedere, a librariis ex margine inserta essent [82]).“

Quae igisur vera inter has de hoc loco coniecturas sit, vel certe maxime probabilis, si quis ex me quaerat, iam, omissis reliquis in Mercurialis sententia paulo accuratius exploranda paulisper haerebo. — Cum enim is iure meritoque auctoritate magna gaudeat, nosmet ipsi huic auctoritati nihil detrahere cupimus, sed potius concedimus, illam lectionem, quam in codice vetustissimo reperiisse refert [83]), posse veram esse.

---

82) Mercurialis *l. c.*

83) Mercurialis autem mox sibi contradicere videtur, cum statim illis verbis, quae supra adduximus, haec subiunxit „*eo praesertim, quod antiquus aucctor Antigonus in synagoge Paradoxarum historiarum, ubi multa ex Aristotele fidelissime recitat, id solum inquit voluisse Aristotelem* ὑπὸ κυνὸς λυττώσης λυττᾶν πάντα τὰ δηχθέντα, πλὴν ἀνθρώπου.“ — Et in hac quidem sententia Combes-Brassardus etiam versari videtur, (cfr. *l. c. p.* 184.) ex cuius verbis Hecker *l. c. p.* 385. *not.* 3. concludit, Mer-

Quid vero iuvat? — Restantne semper adhuc verba: καὶ ὅταν δακῇ, λυττῶσιν ἅπαντα τὰ δηχθέντα, πλὴν ἀνθρώπου, — si vero homines a rabido animale morsi non rabiunt, num possunt mori? — Nam *Heckeri* sententiae, qua et hunc locum seriore aevo additum esse contendit, accedere nequeo, cum tunc eodem iure suspicio moveri possit, num ex his omnibus Aristoteles quicquam scripserit 84). — Ponamus autem et illa ultima verba ab Aristotele minime scripta, nec ulla alia, quam haec addita esse: οἱ δὲ κύνες κάμνουσι νοσήμασι τρῖσιν· ὀνομάζεται δὲ ταῦτα, λύσσα, κυνάγχη, ποδάγρα. τούτων ἡ λύσσα ἐμποιεῖ μανίαν, — quid inde concludi poterat? — Haud dubie ex mea quidem sententia nihil aliud, quam *Aristotelis tempore talem morbum hominis ex morsu animalis rabidi non exstitisse, qualis ex eadem*

---

curialis verba Combes-Brassardum falso esse interpretatum quam ob rem ille ipse inquit: „*Mercurialis sagt gerade das Gegentheil.*" — Verum quidem est, contrarium etiam dicere Mercurialem sed et alterum apud eum legi, ita ut revera quodammodo sibi contradicere videatur.

84) Nam quod Hecker *l. c, p.* 338. contendit: verba πλὴν ἀνθρώπου superflua esse, aut adeo vitium logicum constituere, minime contendemus, quippe cum haec ipsa verba nobis videantur eam ob causam addita esse, ut id, in quo magnum momentum inesse Aristoteles arbitrabatur, magis perspiciuum redderetur.

causa in animalibus oriatur. — Nam, si hoc aliter fuisset et homines quoque gravi eiusmodi morbo affecti essent, profecto eam rem Aristoteles silentio non praeteriisset, sed potius hoc loco annotasset. — Hoc autem aut non factum est, si verba, verbis *ἐμποιεῖ μανίαν* subiecta, aliis adscribimus; aut factum est, sed ita quidem, ut Aristoteles verba hoc tantum probent, quod e*a* probare iam dictum est.

§. 6.

Cum in §. 4. prima nostri morbi vestigia detegere ac persequi conati simus, iam nunc demonstrandum nobis erit, rabiem caninam ab initio non nisi animalia corripuisse, temporis autem progressu homines quoque invasisse.

Artemidorus Sidensis et *Charidemus* Tricensis, quorum scripta non amplius exstant, iudicarunt, nostrum morbum iam antiquum esse, et quaesiverunt hydrophobiae sedem in ventriculo, quia cum ructibus atque vomitibus status eius sit coniunctus [85]).

Andream Carystium, primum fuisse dicunt, qui de hydrophobia, quam *κυνολύσσον* vocavit, aeque ac de pantophobia, tanquam melancholiae specie atque morbo nervoso, peculiarem scripserit libellum [86]).

---

85) Cael. Aurel. *l. c. L.* II. *c.* 31. *L.* III. c. 14. et 15.

86) Cael. Aurel. *l. c. L.* III. *c.* 9. et 12. Sprengel

Gaius credebat, sedem hydrophobiae in cerebri membranis reperiri posse [87]).

Aristoxenus expertus est, liquida per clysmata in hoc morbo adhiberi posse [88]).

Themison, qui, medicum hydrophobia laborantem sanare tentans, ipse eodem morbo affectus est, tandem vero post multa tormenta reconvaluit, semper serius redituri morbi timore impediebatur, quominus de eo scriberet [89]).

Artorium inter alios libros unum etiam de hydrophobia reliquisse, eiusque sedem in ventriculo quaesivisse, Cael. Aurelianus auctor est [90]).

Apulejus Celsus, Siculus, antidotum contra hydrophobiam invenisse sibi videbatur, quod ex opio, castoreo atque pipere etc. compositum fuit. Caeterum in hyaenae pellem brachium sinistrum involvi iubet, quocum remedio in Creta miracula iam effecta fuisse testatur [91]).

---

l. c. Bd. 1. *p.* 570. dicit quidem primum fuisse, qui pantophobiae mentionem fecerit; Hecker autem *Gesch. d. Heilk.* 1 *Th. p.* 301. iam antea pantophobiam descriptam esse, auctor est.

87) Aetius *Tetrab.* 3. *Serm.* 2. *c.* 30,

88) Cael. Aurel. *l. c. c.* 16.

89) Dioscorides *l. c. L.* VII. *c.* 2. Cael. Aurel. *L.* II. *c.* 16.

90) Cael. Aurel. *L.* II. *c.* 15.

91) Scribonius Largus *de comp. med. ed. Rhod. Patav.* 1655. Caeterum notatu dignum est, quod hoc

Eudemus, Themisonis discipulus, de hydrophobia multas fecit observationes, atque notavit non solum in hoc morbo oesophagi spasmos, sed metu iam ex lacrimis defluentibus aegrotos percelli, rarissimeque accidere, ut quis eo liberetur, adserit. Iubet venaesectionem, cucurbitulas atque helleborum adhiberi [92]).

Cornelius Celsus denique est primus, cuius scripta de hydrophobia adhuc nobis exstant. Qui quidem primam historiae periodum quum concludat, a consilio nostro neutiquam abhorrere arbitramur, verba eius ipsa laudare, ut ex iis plane pateat, quaenam morbi nostri illius aetate invaluerit notio. Quod melius fieri posse credimus, si contextum notis adiectis commentari atque ita cum hodierno Medicinae statu, quod ad rabiem caninam attinet, comprobare studuerimus. — Celsi autem verba sunt haec: [93])

„Sequitur, ut de his dicam, quae morsu fiunt, interdum hominis [94]), interdum si-

---

tempore hydrophobia saepissime in Creta atque Caria regnaverit, ubi nunc vero rarior esse morbus dicitur cfr. Sieber *Begründung der Radikalk. der Wasserscheu p.* 44., praeterea etiam Cael. Aurel. *l. c. L.* III. *c.* 15. „haec enim insula (Creta) aliorum venenosorum animalium difficilis atque pene libera, canum rabie vexatur frequentissime.

92) Cael. Aurel. *l. c.* Dioscorides *l. c.*

93) Cornelius Celsus *de medicina L.* V. *c.* 27.

94) ex morsu hominis vulnus perniciosum exoriri,

miae [95]), saepe canis, nonnunquam ferorum animalium aut serpentium. Omnis autem ferae morsus habet quoddam virus [96]).“

„Itaque si vehemens vulnus est cucurbitula

---

probant: Plinius *hist. nat. L.* XXVIII. *c.* 4. Fabricius Hildanus *observ. Cent.* 1. *obs.* 84. et 85. *Cent.* IV. *obs.* 87. Iames *on canine madness p.* 2. *Act. Erud. Lips. Supp.* III. *p.* 107. etc.

95) Serenus Samonicus *de med. praec. c.* 46. de hominis ac simiae morsu, ad hunc Celsi locum videtur respexisse et idcirco ita scripsisse:

sive homo, seu similis turpissima bestia nobis
vulnera dente dedit, virus simul intulit atrum.

96) ferae] bestia. Notari debet, nos quoque non raro eandem observationem facere posse. Nam exstant plura exempla, morsum bestiae e. g. felis malignum vulnus pedissequum habuisse. cfr. Biesterboos *Waarneming van eene watervrees* etc. in *Verhandelingen van het Gennootshap der Heelkonde to Amsterdam* II. *Deel. p.* 43. etc. Fortasse, quod fere semper iratae sunt feles mordentes. Et si haec fuit Celsi opinio, si fera pro animale irato dicere voluit, magna observationum copia reperitur in scriptoribus, quibus probatur omnino talis animalis morsum aliquid virus habere. Ex multis cfr. tantummodo *van der Steege in Verhandelingen van Rotterdam* 1787 Teichmayer *diss. de morsu canis non rab. pernicioso. Ien.* 1736. *Act. Nat. Cur. Vol.* III. *obs.* 2. *Vol.* IV. *obs.* 91. Bader *Versuch einer neuen Theorie der Wasserscheu p.* 89. aliique a Ploucqueto (v. *Medicina digesta*) laudati.

admovenda est[97]), si levius, protinus emplastrum injiciendum praecipuepue Diogenis [98]), si id non est, quodlibet ex his, quae adversus morsus proposui [99]), si ea non sunt, viride Alexandrinum [100]): si ne id quidem est, quodlibet non pingue ex his, quae recentibus vulneribus accomodantur."

„Sal quoque his, praecipue ei, quod canis fecit, medicamentum est [101]), si aridus [102]) vul-

---

97) cfr. Celsi *edit. Krausian. p.* 666.

68) v. Celsus *L.* v. *c.* 19., *sect.* 20., quod irritans emplastrum est.

99) quae Celsus *l. c.* enumerat, quaeque maxima ex parte leniendi virtute gaudent.

100) Celsus *l. c.*

101) et hoc remedium ab eo inde tempore pluries commendatum est. Primum urina laudata est (in qua tamen nihil, nisi contenta salia efficaciam aliquam habere possunt,) quacum externe lavata sunt vulnera. v. *Act. Havn. Vol.* II. *obs.* 111. Schlegel *diss. de venen. et venen. morb. c.* 2.; — deinde sal culinare in aqua solutum v. Awsiter *of true seabath and drinking of saltwater. Lond.* 1763. du Hamel *Mém. de Par.* 1699 *p.* 58. Schlegel *l. c. c.* 6. Paullini *Cynographia sect.* IV. *c.* 11. et nuperrime laudatur ab Urbano cfr. *Hufel. Iourn. Iul.* 1826 *p.* 1. seq.

102) Celeb. Targa ad *h. l.* in altera sua Celsi editione haec notavit; multos codd. habere, *sin manus* etc. Constantinum adnotare; quibusdam vi-

neri imponitur, superque id duobus digitis, verberatur, exsaniat enim. Ac salsamentum quoque recte super id vulnus deligatur."

„Utique autem, si rabiosus canis fuit, cucurbitula virus eius extrahendum est [103]). Deinde, si locus neque nervosus, neque musculosus est,

---

deri vocem *manus* transferendam esse post *digitis*; Lindenium legere, si *aridus v. impon.* sed adiunctum *aridus* aptum non esse, quippe cum sal per se aridus sit. Quam ob rem *manus* e margine irrepsisse putat.

103) satis ex his liquet Celsum quoque iam putasse, sanguinem esse viam, qua virus rabiosum afficiat hominem demorsum, quaque rabies caeteris cum systematibus corporis communicetur atque ad ea propagetur. Multi fuerunt, qui serius idem contenderent et cum Celso scarificationem commentarent, ex quibus tantummodo Actuarium *L.* VI. *c.* 11. Salium Diversum *de affect. part. p.* 333. Schmuckerum *Wahrnehmung* 1. *Bd. p.* 334. laudabo, et hi omnes propterea iubent fieri scarificationem, quia putant virus rabiosum corpori non assimiliari, nisi praegressa locali inflammatione, quam scarificationibus diminuere volunt. Hanc opinionem nuperrime, Urbanus (quanquam scarificationem ad prophylaxin necessariam esse negat) *l.* c. ad evidentiam usque demonstrare tentavit eique Kruegelsteinus l. c. minime repugnat. Celsum iam ita forsan cogitasse opinor, cum ventosas commendet. —

vulnus id adurendum est [104]. Si uri non potest sanguinem homini mitti non alienum est [105].

---

104) ut destruatur virus, quod adhuc vulneri inhaeret, et ut diuturna fiat suppuratio, si iam virus aliquid in corpus transierit. Et hoc sensu, sub eadem cautela semper adhibitum est hocce remedium. — Dicitur nunc cauterium actuale et commendatum est in MEASE *essay on the disease, produced by the bite* etc. *Philad.* 1793. RHODIUS *obs. Cent.* I. *obs.* 46. CULLEN *Anfangsgr. der pract. Arzneik.* 3 *Th. p.* 614. TROLLIET *l. c.* HILLARY *Krankh. auf Barbados.* Hoc factum est vel ferro candente, vel oleo fervido, vel denique superstitiosis instrumentis. De cauterisatione autem in ipso Celso leguntur *L.* V. *c.* 28.: „*Si sub his nihil proficitur* (aloë, calx etc.) *ferro locus aduri debet. Adustum vel medicamento vel ferro corpus, primum purgandum, deinde implendum esse, apparere cuilibet ex prioribus patet.*" — Vulnerum igitur tractatio inde a Celsi tempore revera non multum mutata est, quod ad rabiem caninam attinet.

105) His igitur verbis iam commendatum reperitur, quod Angli nuper, maxime vero novissime fieri iubent. Vid. CHISHOLM *a manual of the climate and diseases of tropical countries. Lond.* 1822. IAMES BONNAR *observ. on the employment of blood-letting* etc. in *Edingb. med. and. surg. Iourn. Vol.* XXII. *p.* 31. BURDON *in Americ. Repos. Aug.* 1803. Recentiores Angli dum ad deliquium usque sanguinem mitti iubent, non primi huius consilii auctores fuerunt; nam iam antiquiores, v. c. POUPARTUS (*hist. de l'Acad. des scienc.* 1699) ad deliquium usque sanguinem misit, idemque suasit BOERHAVE

„Tum usto quidem vulneri superimponenda, quae caeteris ustis sunt. Ei vero quod expertum ignem non est, ea medicamenta quae vehementer exedunt [106]). Post quae nullo novo magisterio, sed iam supraposito ulcus erit implendum, et ad sanitatem perducendum. Quidam post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittunt, ibique patiuntur desudare, dum vires corporis sinunt vulnere adaperto, quo magis ex eo virus distillet [107]); deinde multo meracoque vino excipiunt, quod omnibus venenis contrarium est [108]).“

Aphor. 1144 et in *Bresl. Samml.* 1719 *p.* 680. vacca rabida enormi venaesectione curata esse narratur.

106) cfr. Celsus *L.* V. *c.* 28.

107) et hoc etiam serius alii iteraverunt cum felici successu ut Stahl *colleg. pathol. Sect.* IV. §. 43. Andry in *Mém. de la soc. R.* 1777 et 78. *p.* 495. *Med. Commentaries of Edingb. Vol.* X., *p.* 174., inprimis quia observatio docuit, balneum tepidum spasmos levare.

108) Cavendum tamen, ne non nisi convalescentibus vinum exhibeamus: his enim illius usum conducere, ut vires corporis, curatione debilitatas, recuperent. Et hoc sensu quoque vinum, inprimis meracum, (v. c. Rheticum in Plin. *hist. nat.* *L.* XIV. *c.* 4.) commendatum esse videtur, cum eius usum Celsus alio loco (*L.* V. *c.* 5.) praecipue in stomachi morbis et eius debilitate laudet, cuius vires a venenis infirmari, credit.

„Idque cum ita per triduum factum est, tutus esse homo a periculo videtur [109].“

„Solet autem ex eo vulnere, ubi parum occursum est, aquae timor nasci, quem ὑδροφοβίαν Graeci apellant.“ —

„Miserrimum genus morbi, in quo simul aeger et siti et aquae metu cruciatur, quo oppressis in angusto spes est. Sed unicum tamen remedium est, nec opinantem in piscinam non ante ei provisam projicere, et, si natandi scientiam non habet, modo mersum bibere pati, modo attollere; si habet, interdum deprimere, ut invitus aqua quoque satietur. Sic enim simul et sitis et aquae metus tollitur [110]).

„Sed aliud periculum excipit, ne infirmum

---

109) hic reperitur quidem maxima diversitas inter Celsi et nostram hydrophobiae curam prophylacticam. Cum nimirum Celsus per triduum hanc tantummodo continuet, nos quidem ei, non nisi sex praeterlapsis hebdomadibus, finem demum imponimus.

110) et hoc etiam remedium ad novissima usque tempora vario cum effectu adhibitum est, quod probant: Baccius *de ven.* (v. Haller *bibl. med. pract.* II. *p.* 150.) Helmont *op. p.* 181. Eschenbach in *obs. anat. med. rar. no.* 8. Hausbrand in *Hufel. Iourn.* 1821. 1. *Bd.* 2. *H. p.* 82. Magis autem nunc prophylaxis causa adhibetur, immersio (cfr. Kruegelstein *l. c. p.* 503.), cum contra Celsus et tunc illam commendat, cum hydrophobia iam efformata est.

corpus, in aqua frigida vexatum, nervorum distentio absumat [111]). Id ne incidat, a piscina protinus in oleum calidum demittendus est [112]). Antidotum autem (praecipue id, quod primo loco posui [113]), ubi id non est, aliud [114]) si nondum aeger aquam horret, potui ex aqua dandum est: et, si iam is morbus occupavit, per catapotia sumi potest." —

Ex his, quae e Celso prolata sunt, facile intelligitur, hunc scriptorem nihil nobis offerre, quo nostra de hydrophobiae theoria cognitio augeri possit: in iis autem, quae ad illius curationem pertinent, non omnino incongrua, sed talia consilia dare, quae et nostra adhuc aetate non

---

111) Quod etiam expertus est Morgagni: cfr. *epist.* §. 23. et 25. et Lister *obs. rar. p.* 34.

112) Et post Celsum etiam adhibitum est oleum, magis vero sub inunctionis forma, cuius rei exempla exstant in Mease *l. c. p.* 108. *Schwäb. Chronik.* 1791. *p.* 96. *Hufel. Iourn.* 1814. *p.* 101.

113) cfr. Celsus *L.* V. *c.* 23.

114) Celsus et quidem *L.* v. *c.* 23. 2. et 3. tantummodo duo commemorat: antidotum Ambrosia nominatum, quod Zopyrus Ptolemaeo regi composuit, et antidotum Mithridatis, quo quotidie sumendo rex ille dicitur adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse. Haec antidota continent magnam remediorum copiam, quae diversissimis virtutibus pollent, quorumque singula et nunc interdum adhibentur et valde quidem laudantur.

sine fructu in usum vocari possunt, et vocata sunt.

§. 7.

His omnibus peractis et expeditis restat nobis illa lis, inter viros doctos diu multumque agitata, de nostri morbi, quatenus a canibus ad homines morsu translata fuit, antiquitate. Quam quidem litem num componere et dirimere possimus, iam nunc liceat experiri.

Iam antea [115]) satis, opinor, demonstratum est ex ipsis Aristotelis verbis [116]) scriptorem hunc ignorasse, morbum ex morsu canis rabidi et per eius salivam in humano corpore produci similem posse.

Hoc cum in dubium vocari vix possit, haud possumus satis mirari, quod inter viros eruditos fuerint, et adhuc sint, qui, vel invito Aristotele, rabiem caninam, in hominibus occurrentem, tam antiquum esse morbum, contendant, quam is in canibus fuerit observatus [117]). —

Hi vero contendunt; absonum esse credere, id, quod Aristoteles, sive id plane ignoraverit, sive tantummodo adnotare neglexerit, silentio penitus transiverit, propterea etiam in universum plane non fuisse; — adeoque illos, qui probare

115) cfr. §. 5.

116) v. ibid. *not.* 74.

117) v. Hecker in *Graefe Iourn.* etc. *p.* 337—340.

ex Aristotele vellent, rabiem caninam serius in hominibus apparuisse, negativum tantummodo argumentum proferre posse, cum contra sibi ipsis argumenta, quae dicuntur positiva, ad probandam suam ipsorum opinionem in promptu essent. Argumenta autem haec sunt.

1) *Caelium Aurelianum* probasse [118]) iam diu ante Aristotelem multos vel scripsisse de nostro morbo, vel passim in scriptis suis mentionem eius fecisse.

2) Omnium venenatorum animalium venenum, e. g. serpentium etc., apud primos homines eandem vim, quam iam nunc exerceat, exercuisse; — canem rabidum esse venenatum animal, hinc non secus in eo esse debere [119]).

Quae quidem omnia valde probabilia videri possent, nisi et altera pars audienda esset. Etenim etiamsi concedi quidem debet, argumentum ex Aristotele esse negativum, neque ex hoc solo concludi posse recentioribus morbis rabiem caninam esse adnumerandam, tamen cum huic alia adhuc eiusdem generis accedant argumenta, quae quidem magni sunt momenti, et cum probari possit, argumenta, quibus altera pars nititur falsa esse, contraria opinio probabilior atque eviden-

---

118) Cael. Aurel. *acut. morb. L.* III. *c.* XV. *utrum nova sit passio hydrophobica?*

119) Hecker *l. c.*

tior reddi potest. — Videamus nunc, an hoc fieri possit.

Patet nimirum ex *Xenophonte* [120]) idem, quod ex Aristotele probatum est. Xenophon nimirum, sicuti Aristoteles, de rabie canina tantummodo velut morbo canino loquitur, quod antea ostensum est. —

Nicander [121]) vero, qui venena animalia eorumque antidota tractat, nullibi effectuum morsus animalis rabidi in hominem mentionem fecit Propterea hucusque maiorem etiam propensitatem ad nostrum morbum reperimus in canibus quam in hominibus [122]).

Cum sic iam multa inveniri possint ad probandam Aristotelis relationem apta, transeamus

---

120) cfr. §. 5. *not.* 75.

121) Nicandri *Cololophonii Theriaca op. Soteris. Colon.* 1530. 4. Describit imprimis symptomata, quae morsus plurium serpentium sequi solent, praecipue Colubri lebedini (*αἱμόῤῥοος v.* 282.), Colubri ammodytis (*σῆπεδὼν v.* 282.) Colubri atrocis (*ὕδρος v.* 429.), Col. dipsados (*διψὰς v.* 335.), Col. cerastae (*κεράστης v.* 273.).

122) Magna nimirum exstat de hac re observationum copia, quarum unam tantummodo adferre nobis liceat. Duodecim canes et quatuor homines unus canis mordebat unde omnes canes rabidi redditi sunt, omnibus vero hominibus hoc morbo minime correptis. Vid. Hunter in *Richter chir. Bibl.* 13. *Bd. p.* 186.

nunc ad ea refutanda, quae contra eam proferri possint. Ergo:

quod ad adversariorum *primam oppositionem* attinet, iam antea recensuimus Cael. Aureliani auctoritatem, qua nostri morbi antiquitatem comprobare sunt, qui velint [123]). Coacti quidem ad illud, quod *Hecker*, de eo fert iudicium, accedimus [124]). Vidimus nimirum, omnes illos scriptores, quibuscum sententiam suam probare vult, vel seriori tempore vixisse, vel ea revera non dixisse, quae Aurelianus ab iis dicta esse affirmat. Cuius vero reiecto testimonio illis ipsis scriptorum locis uti poterimus ad contrariam opinionem firmandam.

His nimirum argumenta augentur, quanquam negativa, cum, si omnes illi scriptores ab *Homero* fere usque ad *Aristotelem* nullibi nostri morbi mentionem fecerunt [125]), iam maiori iure

---

123) v. §. 4. et §. 5.

124) v. §. 4. *not.* 47.

125) de qua re ipse Hecker *l. c. p.* 329. ita censet: „*Demnah hat man das Vorkommen der Hydrophobie in den ältesten Zeiten vielfach in Zweifel gezogen, und, gestützt auf das Zeugniss einiger Schriftsteller, für ausgemacht angenommen, dass der Mensch derselben erst später unterworfen gewesen sey. Hierzu bedurfte es nur noch des allerdings auffallenden Stillschweigens der ältesten Aerzte, um viele zu überzeugen, dass*

concludere poterimus eorum tempore illum plane non exstitisse, cum alioquin unus eorum illius haud dubie mentionem injecisset.

Quod vero adversariorum *secundam oppositionem* attinet, negari nequit, morsum animalium venenatorum e. g. viperarum etc. in primos homines eundem effectum exseruisse, quem in hodiernos adhuc habet: — et concedi adeo debet, magnam analogiam reperiri inter animal venenatum atque canem rabidum[126]), quae inprimis in eo cerni videtur, quod omnia quidem animalium venena aeque ac illud canis rabidi in nervosum systema primarie agant, atque vim vitalem destruant; dein quemadmodum virus animalis rabidi ad perfectam maturitatem certum tempus postulat, hoc quoque sese eodem modo habeat cum animalibus venenatis, quorum venenum non, nisi in certa tantummodo vitae periodo maximum consequatur efficientiae gradum.

His quidem quispiam induci possit ad credendum, canem rabidum esse venenatum animal. Sin accuratius in hanc rem inquiritur, patet, magnum interesse discrimen, idque longe maio-

---

die Hyprophobie für ein Uebel spätern Ursprungs zu halten sey." —

126) iam Celsus adeo vertit animum suum in horum analogiam. *L.* v. *c.* 27. Caeterum cfr. Mead *l. c. T.* II. de venen. Unzer *med. Handbuch p.* 631. seq. Sprengel *instit. pathol. gen. p.* 200. etc.

ris momenti, quam quod nobis offert, quae inter utrumque intercedit, analogia. Nam:

a) Ubicunque animalia, sic dicta venenata reperiuntur, ibi veneno suo proprio etiam praedita sunt, quod eadem virtute pollet; — contra vero non in omnibus regionibus, quae canes alunt, rabidi redduntur [127].

---

127) Occurrunt enim tempora atque terrae, quibus rabies canina, plane ignota est. Nullibi in scriptis nostris sacris eius morbi mentio fit, et ad hunc usque diem videntur illae regiones ab ea liberas esse. (cfr. §. 4. *n.* 39.) In Africa septentrionali in Tripolitana regione, Syria, Aleppone, in insulis Rhodo et Cypro nullus canis rabit. Cfr. Paulus *die einzige wahre Ursache d. Hundsw.* etc. *Rindeln* 1798. Savry *Lond. med. Iourn.* 1781 v. *auserl. Abh. f. pr. Aerzte* 7. *Bd. p.* 491. — In Sardinia, ubi maxima canum copia, nam in uno loco 4000 reperiebantur, per multos annos ne unus quidem rabidus factus est, cfr. Cetti *Naturgesch. v. Sardinien* 1. *Bd. p.* 56. — Usque ad annum 1821 in Insula Franciae (Isle de France) hydrophobia ignota fuit, hoc anno vero ab Anglis illuc deportata est, ita, ut canes 4000 morbo abriperentur, cfr. Froriep *Notiz.* etc. *n.* 48. *Aug.* 1822. In regione vero Hindostana saepissime occurrere morbum hunc, patet ex Hendersono (*observ. on the diseases prevalent among the nations of Hindostan* in *Edingb. med. and surg. Iourn. n.* 84. *Iuni* 1825 *p.* 46.). Et in Germania videtur rabies canina non primarie fuisse. Nam in Caroli Magni statutis, quae multa continent de animalium mor-

b) Venenum animalis venenati constanter agit, non solum quod ad tempus, sed etiam quod ad effectum attinet; — virus animalis rabidi autem vim exercet in hominis totam rationem et institutionem (organisationem) nunc ocyus, nunc tardius [128]), mox mitius, mox vehementius [129]) pro diversa individui, in quod agit dispositione [130]).

---

bis, nihil reperitur, quod ad hunc spectet. Cfr. Ribbe *Gesch. d. Hundsw.* etc. *p.* 40.

128) Magna observationum de hac re exstat copia. Rabiem caninam prima nocte post morsum exortam refert Baudot in *Essays anti-hydrophob. Par.* 1771; — contra post 12 annos idem factum esse, Bandsley in *Mem. of the literary society of Manchester Vol.* IV. Quanquam multae, quae huc spectant, observationes dubiae sunt, id tamen probant, de certo ac finito infectionis tempore post morsum nil certi statui posse; quapropter quoque in schola veterinaria Alfortiana ad 50. diem usque canes suspecti includuntur. cfr. *Dict. des scienc. méd. T.* XXVIII. *p.* 56.

129) quanta diversitas iam reperiatur in unius eiusdemque symptomatis vehementia, Mead quoque annotavit. v. *Op. med. T.* II. *p.* 107.

130) Haec dispositio in receptivitate erga virus rabidum cernitur. Constitutio, nec non temperamentum videtur illam receptivitatem vel augere, vel minuere. Ita citius erumpere debet rabies canina in cholericis, quam in phlegmaticis (cfr. Andry *l. c.*); praetera post spirituosarum potionum abu-

c) Venenum venenati animalis suam vim specialem exserit in hepar et bilis secretionem, contra ea virus rabidi canis eam in glandulas salivales habet [131].

d) Confectio veneni in animale venenato est actio processus vitalis animalis ipsius, pertinetque ad eius vitam, quacum fortasse arctius cohaeret,

---

sum, (cfr. *Ephem. Nat. Cur. Dec.* II. *Ann.* VI. *obs.* 92. etc.) aut morbo acuto iam demorsum hominem infestante, (cfr. v. Swieten *l. c. T.* III. *p.* 548. etc.), denique post animi pathemata (cfr. Hennig in *Hufel. Iourn.* 7. *Bd.* et *Erdmann ibid.* 16. *Bd.* etc.). In his omnibus rabies canina multum convenit cum aliis contagiosis morbis, quorum invasioni etiam favent temperamentum, abusus potuum spirituosorum etc. Quantum vero differat unius hominis receptivitas erga nostrum morbum ab ea alterius, inde patet, quod canis rabidus plures homines laedere possit, quorum nonnulli tantummodo a morbo corripiuntur, aliis plane intactis manentibus. Sic refert Houlston *Lond. med. Iourn. Vol.* V. unum tantummodo ex novem demorsis hydrophobia affectum esse; Hunter *letter to Dr. Hamilton* in *Hamilton remarks on H. Lond.* 1798 *p.* 213. unum ex viginti; et denique Vaughan *cases and observ. on the H. Lond.* 1799 unum ex multis.

131) Ut hoc satis probetur, necesse erit, in naturam rabiei caninae inquirere, id quod hoc autem loco fieri nequit. Itaque sufficere debet dixisse, fere omnes scriptores effectum salivae virosae in glandulas salivales statuere.

quam hucusque creditum est; animali ipsi, quod illud parat, non est venenum, et vita cum sanitate ab eo minime perturbantur. — Aliter sese habet cum virulenta saliva animalis rabidi. Haec nimirum est productum *morbosi processus*, in eius organismo locum habentis, qui semper processum vitalem ita perturbat, ut sanitas animalis demorsi amplius consistere nequeat, sed necessario inde perimatur [132].

c) illud processus morbosi in animalis rabidi organismo productum, ubi alius animalis corpus infecit, eundem efficit processum morbosum, ex quo idem iterum iterumque enascitur productum, idem virus.

§. 8.

Quae quum ita sint, ecquis adhuc contenderit, rabidum animal esse idem, quod venenatum [133]? — Nos quidem vix unquam hoc

---

132) quod optime explicavit Clarus *der Krampf* etc. 1. *Th. p.* 337.

133) Quamquam magna analogia reperiri potest inter virus rabidi animalis et viperae venenum; tamen inter utrumque haud exigua adhuc diversitas intercedit. Viperae enim venenum agit quidem etiam in nervos atque systema lymphaticum, sed multo rapidius, quam virus rabidum, et in ipso adeo infectionis momento. Cfr. le Camus *essai sur la rage. Par.* 1760. Caeterum iuvare venenum viperinum in nostro morbo ferunt: Richter *chir.*

jure fieri posse credimus. Si vero syllogismi propositionem maiorem falsam esse, probatum est; ea quoque, quae inde ad rabiei caninae antiquitatem spectantia deducuntur, falsa esse debent [134].

Quibusnam vero morbis adnumeranda sit rabies canina, res esse nobis videtur facile dijudicanda. Nos quidem eam iure meritoque ad contagiosos morbos referendam esse credimus. Pertinet nimirum ad characterem contagii specificum, ut res sit quaedam vel substantia, quae in corpore vivo morbum efficit, cuius ipsum productum iterum eadem vi contagiosa pollet. In hac re cum contagium et virus animalis rabidi conveniant, nihil impedire videtur, quominus rabies canina contagiosis morbis adnumerari possit, idque eo maiori cum iure, quo saepius observatum est, nostrum morbum inter canes epidemie interdum grassari [135], quod cum contagiosis morbis aeque frequenter accidit.

Bibl. 9. *Bd.* *p.* 162. Gilibert *advers. med. pract.* *p.* 527. *Lond. med. Iourn.* 1688 *p.* 48. etc.

134) v. §. 7.

135) Eiusmodi epidemiae rabiei caninae observatae sunt 1708 in Suevia (cfr. Camerarius *diss. de alysso clave.* Tubing. 1706 in Halleri *collect. disp. pract. T.* 1.); 1719 in Silesia et Franco-Gallia, quae rediit anno 1721, deinde vero regnavit in Hungaria (cfr. *Bresl. Gesch. d. Nat. u. Med.* 1719

Si vero res ita se habet, et contagiosorum morborum historia satis probat, hos morbos ex pluribus concurrentibus causis, imprimis cosmicis, enasci [136]), et non raro primum in animalibus brutis apparuisse et per longum tempus viguisse, tandemque ad homines etiam propagatos esse [137]), nonne idem etiam cum rabie canina factum esse potuit [138])?

---

ibid. 1724) et 1754 et 1760 Londini (cfr. Layard *Vers. über d. tollen Hundsb. Lpz.* 1788 in Vogel *n. med. Bibl.* 6. *Bd. p.* 100. Murray *med. Komment.* 3. *Th. p.* 641. etc.). —

136) quod novissime praesertim Schnurrer *Gesch. d. Seuchen* etc. 1825 2. *Th.* demonstrare studuit.

137) Uno tantummodo exemplo hanc sententiam liceat probare. *Malleus* nimirum, morbus ille equorum, quem nostrates *Rotz* vocant, fortasse tam antiquus est, quam genus equorum, attamen nuperrime primum observatum est, illud virus in homine simillimum morbum efficere posse. Cfr. Hufel. *Iourn.* 1825 et Rust *Magazin* 1825.

138) quanta hucusque sit mutua ratio inter morbos generis humani et brutorum, quod fortasse etiam ad rabiem caninam attinet, patet ex Kruegelstein *l. c. p.* 96.: „*Aufmerksamkeit erregend ist wohl in einigen Gegenden der europäischen Türkei das öftere Erkranken einiger Hunde zur Zeit, wenn wegen anderer atmosphärischer Veränderungen das Fortschreiten der Pest abnimmt. Die Erscheinungen dieser Hundekrankheit sollen mit ienen der Pest ziemliche Aehnlichkeit haben. Der Eintritt dieser*

Si autem cum his omnibus relationes congruunt, quae adhuc exstant de nostri morbi aetate; vix quisquam haesitare potest, quin nobiscum contendat: *rabiem caninam esse contagiosis morbis adnumerandam* [139]), *primarie ex pluribus concurrentibus causis, inprimis fortasse cosmicis, exortam, fere usque ad Aristotelis*

Vorgänge unter den Hunden ermuthigt die Einwohner, weil sie mit Bestimmtheit die Abnahme der Pest daraus prognostiziren." —

139) Haud tamen negaverim adhuc diversitatem aliquam statui posse inter contagiosos morbos et rabiem caninam, si respiciatur ad illam contagiosorum nonnullorum morborum indolem, qua non nisi semel corpus humanum invadant; — cum contra ea a cane rabido semel morsus, et idcirco hydrophobia affectus homo, post iteratos morsus denuo eodem morbo affici possit. Sed et vera praesto sunt neque neganda exempla variolarum verarum bis in eodem homine observatarum. E pluribus scriptoribus fide dignis, hanc variolarum verarum in uno eodemque homine reditum testantibus, liceat tantummodo sequentes laudare: Raim. Vieussens in *hist. des malad. intern. T.* 1. *p.* 64. Hartmann in Haenii *rat. med. T.* IX. *p.* 266. et Krapf *ibid. p.* 269. Buechner in Halleri *diss. pract. Vol.* VI. *p.* 280. Kannegiesser in *Act. Nat. Cur. Vol.* VII. *obs.* 7. Marescotti *de variol. p.* 128. Wittchovius in Iuncker *Archiv wid. die Pockennoth. p.* 80. Ring in *Lond. med. repos. Vol.* III. *p.* 204. etc. etc.

tempora solis canibus infestam, serius vero cum hominibus etiam per animalia rabida secundarie communicatam.

Quamquam contagiosorum morborum historia docet, nonnullos eorum ab initio mitiorem decursum habuisse, quam seriore tempore, quo maiorem malignitatem monstraverint [140]; tamen, hac nixus observatione, nemo e Celsi testimonio, prophylacticam curam tantummodo per triduum continuandam esse [141], recte concludere poterit: illo tempore nostrum morbum organismo hominis multo minorem, quam nunc, noxam intulisse. Nam inde etiam sequeretur: non diu ante Celsum rabiem caninam in hominibus primum apparuisse. Sed ab hac opinione amplectenda longe absum [142].

§. 9.

Cum nostram de rabiei caninae antiquitate sententiam hoc modo stabilivisse nobis videamur, restat adhuc, ut nonnullas opiniones, quae de eius aetate exstant, ponderemus.

---

140) cfr. GMELIN *allg. Pathol.* 1821. *p.* 98.

141) cfr. §. 6. *not.* 108.

142) Ad illam aliquo modo firmandam ad GALENUM etiam, qui post Celsum vixit, provocari poterat, qui rabiem caninam primarie tantummodo in canibus observatam esse adseruit. Vid. *de loc. affect.* *L.* VI. *c.* 5. *to* VIII. *p.* 423. *ed. Lips.*

Alii nimirum, teste *Plutarcho* [143]), contenderunt, hydrophobiam et elephantiasin primum tempore *Asclepiadis* apparuisse. Nihil valet autem hoc Plutarchi testimonium, si de hydrophobia velut morbo canibus proprio sermo est, cum ex Aristotele contrarium nobis iam constet [144]). Sin Plutarchus dicere voluit, hydrophobiam tempore Asclepiades primum *in hominibus* observatam esse, tunc huius testimonio uti potuissemus ad nostram propriam sententiam firmandam. Et hoc quidem fortasse factum esset, nisi Plinius de elephantiasi idem adseruisset, utpote quem morbum in Oriente iam diu ante Asclepiadem regnasse, constat [145]). Cum igitur Plutarchus de hoc morbo falsa nobis retulerit, cavendum nobis erit [146]), ne eius testimonio in rebus medicis multum confidamus, eamque ob causam ad nostram sententiam fulciendam illo uti noluimus.

Alii denique [147]) credunt *Ovidii* tempore hydrophobiam fuisse novum morbum, quia nullum adhuc specificum huius remedium cognove-

---

143) v. Plutarchus *symposiac. L.* VIII. Probl. 9.

144) v. §. 5.

145) Aristoteles *hist. anim. L.* IV. *c.* 3. Plinius *hist. nat. L.* XXVI.

146) quanquam Mercurialis *l. c. L.* I. *c.* 2. eum excusare studuit.

147) Mercurialis *l. c.* Combes-Brassardus *l. c.* etc.

rint medici, quod ex his verbis [148]) patere putant:

Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Cum vero et nos hucusque omni specifico remedio contra hunc morbum careamus, quamvis per multa jam saecula rabies canina cognita sit, ecquis ex illis Ovidii verbis aliquid concludere velit de rabiei caninae aetate? —

148) Ovidii *epist. ex Pont.* L. I. ep. 3. 23.

Neue
zur Michaelis-Messe 1821 erschienene
Verlags-Bücher, Spiele und Landcharten
von
Ernst Klein's
literarischem, geographischem, Kunst- und Commissions-Comptoir in Leipzig.
(Nahe am Grimma'schen Thore Nr. 676.)

Krafts, Fr. C., neuestes deutsch-lateinisches Lexikon. Möglichst vollständig aus den Classikern zusammengetragen und nach den besten Hülfsmitteln bearbeitet. 2r Theil. K—Z., nebst dem geographischen Anhang. Größtes Lexikonformat. Beide Theile 5 Thlr.

Krafts, Fr. C., Handbuch der Geschichte von Altgriechenland. Als Anleitung zum Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lateinische bearbeitet. 2te, in der lateinischen Phraseologie durchaus verbesserte und wohlfeilere Auflage. gr. 8. 18 Gr.

Von diesen beiden als gut bewährten Schulbüchern erhält man bei direkter Wendung an den Verleger auf 5 Exemplare das 6te frei.

Grävell, D. M. C. F. W., die Grundsteuer und das Kataster; ihr Wesen, ihre Einrichtung und Wirkung. gr. 8. (Auch unter dem Titel: die Grundsteuer und das Kataster, mit besonderer Anwendung auf das Königreich und Herzogthum Sachsen.) gr. 8. weiß Druckpap. 2 Thlr. 4 Gr. dasselbe auf ordin. Druckpapier 1 Thl. 20 Gr.

Erotische Lieder von Wilhelm Heidelberg. gr. 12. geh. 16 Gr.

Nüsse, geboten und geknackt. Kleine Unterhaltungen für frohe Gesellschaften, in Räthseln, Logogryphen rc. mit doppelten Auflösungen, in Reimen von L. Geißler, W. Graf und A. Schmidt. 12. geh. 12 Gr.

Die Türken und die Griechen. Welche werden siegen? Ein auf ganz neue Art eingerichtetes politisches Gesellschaftsspiel für alle Stände und jedes Alter. Mit 32 illum. Kärtchen, in Futteral, Abbildungen der verschiedenen Kriegsvölker und Kriegsscenen enthaltend. 13 Gr.
dasselbe ordinaire Ausgabe mit farbigen Kärtchen. 12 Gr.

Der Phönix und der Halbmond, oder die Sache der Griechen und der Türken. Ein Unterhaltungsspiel für große und kleine Gesellschaften, nach Art des beliebten Schimmelspiels frei eingerichtet. Mit 5 illum. Karten in Futteral und einem Büchschen mit 4 Würfeln. 20 Gr.
dasselbe ordinaire Ausgabe mit farbigen Karten. 12 Gr.

Im Laufe des Sommers erschienen:

Griechenland und die Griechen in geographischer, statistischer, historischer, moralischer und politischer Hinsicht. Nebst einer Schilderung der Türken, Albanesen oder Arnauten und anderer Völkerschaften, sowie einer Darstellung der Lage der Griechen unter der türkischen Zwingherrschaft und der Pflicht der Europäer gegen die Griechen. Von dem Verfasser der Kriegsbibliothek. 17 Bogen. 8. geh. Preis 1 Thlr.

Scanderbeg, Georg. Glücklicher Vorgänger des Ali, Pascha von Janina. Von *r. 8. Geh. 12 Gr.

Basreliefs, historische. Schilderungen merkwürdiger Personen und interessanter Begebenheiten vergangener Zeiten. Für gebildete Leser aus allen Ständen dargestellt von *r. 8. 1 Thlr.

Auch unter dem Titel:

Georg Scanderbeg, glücklicher Vorgänger des Ali, Pascha von Janina. Maria, die schöne und unglückliche Königin von Schottland. Die Verschwörung zu Lissabon im 16. Jahrhunderte. Zizime, der Unglückliche. Die Amazonen, historisch-antiquarische Skizze.

Wießner, D. Amad., Lehre und Glaube der vorchristlichen Welt an Seelenfortdauer und Unsterblichkeit; mit besonderer Rücksicht auf das alte Testament. Historisch, kritisch, exegetisch dargestellt und die Gründe der neuern Philosophie angefügt. gr. 8. 1 Thlr. 8 Gr.

Wießner, D. Amad., Handbuch der theoretisch-praktischen Mechanik und bürgerlichen Baukunst; nebst arithmetischen und geometrischen Vorübungen. Allgemein faßlich bearbeitet für Müller, Zimmerleute, Maurer, Stellmacher u. s. w., wie auch für Geschäftsleute, welche obige Künste brauchen. Mit 12 Kupfertafeln. gr. 8. 1 Thlr.

Raßmanns, Friedr., poetische Schriften. Ausgabe letzter Hand; ausgewählt, vermehrt und verbessert. 8. 1 Thlr.

Bücher, die nächstens erscheinen:

Neugriechischer Dolmetscher, nebst türkischem und albanesischem. Enthaltend Alphabet, Anleitung zum Lesen, Aussprache, Wörter und Gespräche.

Erscheint in einigen Wochen und wird 6—8 Gr. kosten.

Der Freiheitskampf der Griechen gegen die Türken, in seinem Entstehen und Fortgehen. Historisch dargestellt. Nebst Schilderung der Griechen und Griechenlands, der Türken und der Türkei, sowie der Geschichte beider Nationen. 1s Heft. Subscriptionspreis für einen Band von 3—4 Heften 1 Thlr.

Biots, J. B., Elementarlehre der gesammten physischen Astronomie. Zum Unterricht und Selbstbelehrung. Nach dem Französischen bearbeitet; mit erläuternden Anmerkungen und Nachträgen, Sachregistern und einem Abriß der nöthigen mathematischen Vorkenntnisse, so wie mit neuen Kupfern vermehrt. 2 Bde mit circa 30 Kupfern. 1r Theil. gr. 8.

Erscheint nächstens. Der Pränumerationspreis ist vorjetzt 3 Thlr.

Voriges Jahr 1820 waren neu:

Meine Ahnungen und Träume. In drei und zwanzig Thatsachen dargestellt. Ein Beitrag zur Erfahrungsseelenkunde. 8. Geh. 12 Gr.

Naturhistorisches Bilderbuch des Thierreichs, mit illum. Kupf. und deren Beschreibung. Zum Nutzen und zur angenehmen Unterhaltung für Jedermann, besonders aber für die wißbegierige Jugend. Herausgegeben von Dr. H. A. B****. 4 Hefte mit 8 illum. Kupf. 4. Geh. 2 Thlr.

Dasselbe, schwarz, zum Ausmalen, ohne Text. 4. Geh. 20 Gr.

H. Dörings, satyrische Gedichte. Vorzüglich in Bezug auf neuere Zeitereignisse. gr. 12. Geh. 16 Gr.

F. E. Kraft's, neuestes deutsch-lateinisches Lexikon. Aus den Classikern zusammengetragen und nach den besten und neuesten Hülfsmitteln bearbeitet. 1r Thl.

Fr. Gleichs, Trost und Dankworte eines Bürgerlichen an die Hochadelichen. Ein Sendschreiben an ihren wackern Sprecher, den Freiherrn Karl von Lüttwitz, als Verfasser der Schrift: „Ueber Adel und Turngesinnungen." 8. Geh. 6 Gr.

Hartwig von Hundt-Radowsky, Blumenkränze. 2ter Kranz, mit Vignette. 8. 1 Thlr.

Fr. Krug von Nidda, Gedichte. 8. 1 Thlr. 12 Gr.

In Verlag von dem Verfasser übernommen:

M. F. E. W. Grävells, was muß derjenige, der von der Freimaurerei nichts anders weiß, als was davon allgemein bekannt ist, nothwendiger Weise davon halten? 8. 8 Gr.

Neue Kunstartikel.

Zifferblätter. Drei Sorten mit römischen und deutschen Ziffern. Folio. Illum., einzeln 1 Gr., Dtzd. 6 Gr.

Pathenbriefe, 4 neue Sorten. à 100 Stück farbig 18 Gr., illum. 21 Gr., mit Glanz illum. 1 Thlr.

Neue im Jahre 1821 erschienene interessante

Landcharten.

NB. Die 2 ersten und die 2te Ausgabe des Schauplatzes sind diese Messe erschienen.

Die Erde in 2 Halbkugeln, der östlichen und westlichen. Nach den vorzüglichsten Charten und zuverlässigsten Ortsbestimmungen entworfen und gezeichnet von Carl Dilling. 3te Ausgabe, von E. Klein verbessert und mit den neuen Entdeckungen am Nordpol bereichert. Illum. Imperial-Folio. 8 Gr.

Politisch-statistische Charte von Ober- und Mittel-Italien. Oder die Lombardei, Sardinien, Parma, Modena, Lucca, Toskana, der Kirchenstaat und Corsika rc. Mit erklärender Beschreibung. Herausgegeben von E. Klein. Illum. Royalfolio 8 Gr.

Neue, für das gegenwärtige oder 19te Jahrhundert entworfene Geographie, in einer Reihe von Charten, gezeichnet und gestochen unter der Direktion der Herren Champion und Baumann, durchaus mit genauer Bezeichnung der Strassen zum Gebrauch für Reisende versehen:

Vollständiger Schauplatz von Griechenlands Wiedergeburt. Im Jahr 1821 herausgegeben von E. Klein. 2te berichtigte und vermehrte Ausgabe. Oder: politisch-statistische Charte von der europäischen Türkei und ganz Kleinasien, nebst den sieben Inseln, Siebenbürgen, Ungarn, Dalmatien und den russischen Provinzen am schwarzen und asowschen Meere. Nach den Provinzen illum. 12 Gr., Velinpapier 18 Gr.

Politisch-statistische Charte von Deutschland, nebst dem größten Theile von Polen, einem großen Theile von Frankreich und Nord-Italien. Illum. 12 Gr., Velinpapier 18 Gr.

Oro-hydrographische Charte von Europa. Illum. 12 Gr., Velinpap. 18 Gr.

Vorstehende drei in Paris verfertigte Charten sind im allergrölsten Format und empfehlen sich durch Schönheit der Zeichnung und des Stichs. Wer alle drei zusammen nimmt, und sich direct an die Verlagshandlung wendet, erhält sie für einen Thl. 6 Gr., auf Velinpapier für 1 Thl. 21 Gr.

Charte der Königreiche Neapel und Sicilien. Nach der Eintheilung in Provinzen und mit den neuen Benennungen derselben. Nach den besten Hülfsmitteln berichtigt. Herausgegeben von C. Klein. Royalfolio, illum. 6 Gr.

Neue statistische Charte der sardinischen Staaten auf dem festen Lande; oder die Herzogthümer Piemont, Savoyen und Genua. Nebst den angränzenden Ländern Mailand, Parma, Frankreich ꝛc. Herausgegeben im Jahr 1821 von C. Klein. Mit erklärender Beschreibnng. Folio 6 Gr.

Neue politische und statistische Charte des Königreichs Sardinien. Mit beschreibender Erklärung. Im Jahr 1821 herausgegeben von C. Klein. Royalfolio illum. 8 Gr.

Chärtchen von Europa. Im Jahre 1821 herausgegeben von C. Klein. Illum. 4. 2 Gr.

Grundriß der Regierungs- und Stifts-Stadt Merseburg mit den nächsten Umgebungen. Folio, illum. 12 Gr. Velinpapier 16 Gr.

Von einem bewährten Alterthumsforscher gezeichnet erscheint diesen Winter noch:

Charte von Altgriechenland, mit Hinweisung auf die neuere Geographie. Größtes Format. Der äußerst geringe Pränumerationspreis ist bis zum Erscheinen 6 Gr., Schweizer Velinpapier 9 Gr. Nachher doppelt höher. Direkt bei mir auf 5 Exemplare das 6te frei.

Andere empfehlungswerthe Charten:

Neueste Charte des europäischen Rußlands, nebst den vorzüglichsten asiatischen Provinzen und dem neuen Königreiche Polen. Nach den neuesten vorzüglichsten geographischen Hülfsmitteln und den sichersten Ortsbestimmungen entworfen. Gezeichnet vom Ingenieur Mollier. Mit den Haupt-Poststraßen. gr. Royal-Folio, illum. 8 Gr.

Neueste Charte des Königreichs Polen, nebst allen altpolnischen Provinzen und angränzenden Ländern. Nach den Bestimmungen des Wiener Congresses, den sichersten astronomischen Messungen und der neuesten geographischen Berichtigungen. Entworfen und gezeichnet vom Ingenieur Mollier. gr. Royalfol. ill. 8 Gr.

Reisechärtchen von Frankreich, nach Provinzen und Departements eingetheilt, mit Poststraßen. Illum. 4. 2 Gr.

— — von Spanien und Portugal, nach seiner Eintheilung, mit Poststraßen. 4. 2 Gr.

Ansicht und topographischer Plan der Insel St. Helena, nebst kurzer Beschreibung. Velinpapier Fol. 4 Gr.

Ein gut sortirtes Lager großer und kleiner Special- und General-Charten aller Länder und Provinzen findet man stets vorräthig.